



CARD VEVES

KOMILIARIUS

BREVIARIU

ROMANE

2

BV4254

.3

H6

v. 2

008636



EX LIBRIS
HEMETHERII VALVERDE TELLEZ
Episcopi Leonensis



1080015309



EX LI
HEMETHERII VAL
Episcopi Le

HOMILIARIUS BREVIARII ROMANI

DOMINICALES AC FERIALES HOMILIAS
IN BREVIARIO ROMANO ABBREVIATAS EX INTEGRO CONTINENS
ALIASQUE PRO SINGULIS ANNI FERIE PROPRIA HOMILIA CARENTIBUS
CUM QUOTIDIANIS VARIISQUE DOCUMENTIS

IN USUM CONCIONATORUM ET SCHOLARUM SACRAE ELOQUENTIAE

COLLEGIT ORDINAVIT EDIDITQUE

FR. IOSEPHUS CALASANCTIUS CARD. VIVES

O. M. CAP.

TOMUS II.



ROMAE

TYPIS ARTIFICUM A S. IOSEPHO

MCMIII

HOMILIARIUS
BREVIARII ROMANI



HOMILIARIUS
BREVIARII ROMANI

DOMINICALES AC FERIALES HOMILIAS
IN BREVIARIO ROMANO ABBREVIATAS EX INTEGRO CONTINENS
ALIASQUE PRO SINGULIS ANNI FERIS PROPRIA HOMILIA CARENTIBUS
CUM QUOTIDIANIS VARIISQUE DOCUMENTIS

IN USUM CONCIONATORUM ET SCHOLARUM SACRAE ELOQUENTIAE

COLLEGIT ORDINAVIT EDIDITQUE

FR. IOSEPHUS CALASANCTIUS CARD. VIVES

O. M. CAP.

TOMUS II.



ROMAE
TYPIS ARTIFICUM A S. IOSEPHO

MCMIII.

UNIVERSIDAD DE NUEVO LEON
Biblioteca Universidad
Capilla Asomada



FONDO EMETERIO
VALVERDE Y TELLES
48248

BV 4254

.3

H6

V.2

IMPRIMATUR

Ff. ALBERTUS LEPI, O. P. S. P. Ap. Magister.

IMPRIMATUR

IOSEPH CEPPETELLI, Archiep. Myren., Vicesgerens.



FONDO EMETERIO
VALVERDE Y TELLEZ



DOMINICA RESURRECTIONIS

LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM MARCUM.

Marc. XVI, 1-7.

In illo tempore: Maria Magdalene, et Maria Iacobi, et Salome emerunt aromata ut venientes ungerent Iesum.

2. Et valde mane una sabbatorum veniunt ad momentum, orto iam sole.

3. Et dicebant ad invicem: Quis revolvat nobis lapidem ab ostio monumenti?

4. Et respicientes viderunt revolutum lapidem. Erat quippe magnus valde.

5. Et introeuntes in monumentum viderunt iuvenem sedentem in dextris, coopertum stola candida, et obstupuerunt.

6. Qui dixit illis: Nolite expavescere: Iesum quaeritis Nazarenum, crucifixum: surrexit, non est hic, ecce locus ubi posuerunt eum.

7. Sed ite, dicite discipulis eius, et Petro, quia praecedit vos in Gallaeam: ibi eum videbitis, sicut dixit vobis.

Homilia S. Gregorii Papae.

HOMILIA XXI IN EVANGELIO. *Habita ad populum in basilica beatae Mariae Virginis die sancto Paschae.*

310 **M**ULTIS vobis lectionibus, fratres charissimi, per dictatum loqui consuevi: sed quia lassescite stomacho, ea quae dictavero, legere ipse non possum, quosdam vestrum minus libenter audientes intueor. Unde nunc a memetipso exigere contra morem volo, ut inter sacra missarum solemnia lectionem sancti Evangelii non dictando, sed colloquendo edisseram. Sique excipiat ut loquimur: quia colloctionis vox corda torpentia plus quam sermo lectio-

nis excitat, et quasi quadam manu sollicitudinis ut evigilent pulsat. Et quidem ad hoc opus me sufficere posse non video: sed tamen vires quas imperitia denegat, charitas ministrat. Scio namque qui dixit: *Aperi os tuum, et ego adimplebo illud* (PSAL. LXXX, 11). Bonum ergo opus nobis in voluntate sit: nam ex divino adiutorio crit in perfectione. Dat loquendi ausum ipsa etiam resurrectionis Dominicae tanta solemnitas, quia et indignum valde est, ut eo die laudes debitas taceat lingua carnis, quo videlicet die caro resurrexit auctoris.

Audistis, fratres charissimi, quo san- 311
ctae mulieres, quae Dominum fuerant secutae, cum aromatibus ad monumentum venerunt, et ei, quem viventem dilexerant, etiam mortuo, studio humanitatis obsequuntur. Sed res gesta aliquid in sancta Ecclesia signat gerendum. Sic quippe necesse est, ut audiamus quae facta sunt, quatenus cogitemus etiam quae nobis sint ex eorum imitatione facienda. Et nos ergo in eum qui est mortuus credentes, si odore virtutum referti, cum opinione bonorum operum Dominum quaerimus, ad monumentum profecto illius cum aromatibus venimus. Illae

Vives. — Homil. Brev. Rom.

008336